

Cod. Paris. Lat. 1458
f. 197'—198'.

tionem coram episcopis tenent, id est qui filios uxoris suae de viro priori, dum crismantur ab episcopis, super se sustinent, si inscitia, sicut asseris, fit, licet sit peccatum, tamen non usque ad separationem coniugii^a puniendum. Lugeant tamen et digna penitentia hoc diluentes^b Domino dicant: *Delicta ignorantiae meae ne memineris.*

Ps. 24, 7.

Cap. VI. Interfectores suarum coniugum, cum non addis adulterarum vel aliquid huiusmodi, quid aliud nisi homicidae habendi sunt ac per hoc ad penitentiam redigendi? Quibus coniugium penitus denegatur exceptis adolescentibus, de quibus est beati pape Leonis¹ vicesima quinta decretalium regula, immo indulgentia observanda.

Luc. 2, 14.

[VII.] Porro 'Gloria in excelsis Deo' ab episcopis in cena Domini inter missarum sollempnia more nostro dicenda est. Pallio vero apostolico eadem die uti illis solis est licitum, quibus est ab^c apostolica sede permissum.

Cod. Vatic. Lat. 466 f. 55—55'.

scopis tenent, id est qui filios uxoris suae de viro priori, dum crismantur ab episcopis, super se sustinent, si inscitia, sicut asseris, fit, licet sit peccatum, tamen non usque ad separationem coniugum puniendum. Lugeant tamen et digna penitentia hoc diluentes Domino dicant: *Delicta ignorantiae nostrae ne memineris.*

Item. Interfectores^e suarum sine iudicio coniugum, cum non addis adulterarum vel aliquid huiusmodi, quid aliud nisi homicide dicendi sunt, per hoc ad penitentiam redigendi? Quibus coniugium penitus denegatur exceptis adolescentibus, de quibus est beati pape Leonis vicesima quinta decretalium^f regula, immo indulgentia observanda.

Porro 'Gloria in excelsis Deo' ab episcopis in cena Domini inter missarum sollempnia more nostro dicenda est. Pallio vero apostolico eadem die uti illis est licitum, quibus est ab apostolica sede permissum.

Hec quidem inter tanta ecclesiasticorum^g negotia positi vix saltem summam fraternitati tuae mittenda decerpimus. Quae nisi incomparabilis dilectio vestra nos

a) Aus 'coniugium' korr. b) In 'deluentes' korr. c) Fehlt Hs.
d) 'suos' hinter 'filios' getilgt. e) 'Interfectiones' Hs. f) 'decretarium' Hs. g) Aus 'ecclesiasticarum' korr.